

N. 79.

A. D. 1320

(11 ottobre; Indiz. III)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatario</i>	<i>Magister Spina not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,45; lung. m. 0,32.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	<i>Dompna Margherita relicta qd. Nicolai de Comite Russo</i> con i suoi figli <i>dompnus Leonardus, Heustasius, Iohannucius et notarius Russus</i> dona <i>pro anima</i> due case, una <i>magna</i> e l'altra <i>parva cum iardinello, in pittagio S. Marie</i> , alla chiesa di Barletta coll'obbligo di farvi celebrare l'anniversario sul loro sepolcro, <i>situm in navi dicte Ecclesie</i> , sotto pena di 10 once.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno (*in maiuscola*) ab Incarnatione domini nostri Iehsu christi Millesimo Trecentesimo vicesimo. Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno undecimo. Mense Octubris undecimo die eiusdem Tercie Indictionis (1) apud Barolum. Nos Iohannes de Maurone Regalis Baroli Iudex, Magister Spina puplicus eiusdem terre notarius et subscripti testes liciterati *etc.* fatemur quod predicto die constituti in nostrum presentia, dopna Margarita mulier Relicta qd. Nicolai de Comite Russo et dompnus Leonardus f. qd. dicti qd. Nicolai mater et filius Barolitani Cives. dicta qd. mulier a me predicto Iudice legaliter inquisita et absoluta in tota huius scripti continentia consensu quoque dicti dompni Leonardi filii sui et legitimi mundualdi et dictus Leonardus consentiens in nos cum sciret non esse nostre subiectum Iurisdictioni *etc.* voluntarie donaverunt et per fustem tradiderunt titulo donationis inter vivos pro anima eorum et qd. dicti Nicolai de Comite Russo viri qd. dicte Margarite et patris dicti dompni Leonardi ac qd. Heustasii de Comite Russo fratris qd. dicti Nicolai nec non pro anima eorum et qd. Iohannucii et notarii Russi fratrum filiorum dicti qd. Nicolai predicto dompno Angelo de Maralditio procuratori Capituli Maioris Ecclesie Baroli ut nobis de ipsa procuracione constitit, et ipsi Capitulo presentibus et recipientibus ab eisdem dompna Margarita et dompno Leonardo, tam nomine proprio quam pro parte dicte Ecclesie. Domos eorum duas sistentes in Civitate Baroli in pictagio Sancte Marie Quarum una dicitur Magna et est a medio pariete iuxta domum Iaconi Iacobi de gactis a medio transende iuxta domum Angeli de Magistro Luca palmenterio iuxta viam et iuxta litus maris. alia vero domus dicitur parva cum uno Iardinello adherente ipsi domui ex parte maris et est a medio pariete iuxta aliam domum eorum iuxta domum Magistri Andree de lanpa (*sic*) iuxta viam et iuxta litus maris et dictum procuratorem pro parte dicti Capituli ac ipsum Capitulum pro parte eorum et dicte Ecclesie in ipsarum domorum et Iardinelli vacuum et corporalem possessionem induxerunt. Reservato dicte dompne margherite usufructu dicte domus parve cum dicto Iardinello dum vixerit. Et Reservato dicto dompno Leonardo usufructu alterius domus Magne similiter dum vixerit. Quibus vero decedentibus usufructus consolidetur proprietati

(1) Dovrebbe essere IV indizione.